

1460 Dezember 31, Rom, St. Peter.

Nr. 6414

Pius II. an alle deutschen Prälaten, Fürsten und sonstigen Herren. Er befiehlt ihnen die Ergreifung des Gregor Heimburg.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 185. Über dem Text: Contra Gregorium. Copia istius missa fuit ad Spiram per quendam die iii januarii.

Erw.: Jäger, Streit II 145; Voigt, Enea Silvio III 383; Joachimsohn, Gregor Heimburg 194; Gümbel, Ein päpstliches Breve 184; Wendehorst, Gregor Heimburg 122; Schwitalla, Deutsche Flugschriften 165; Becker Appellation vom Papst 171.

Pius episcopus servus servorum dei universis et singulis Alemanie presulibus, principibus ac dominis tam ecclesiasticis quam secularibus, cuiuscumque dignitatis et gradibus existant, ad quos presentes pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Exigit presentium rerum sacrosancte Romane ecclesie status et haudquaquam contempnenda necessitas, ut in arbitrio et potestate nostra personaliter habeamus Gregorium de Heymburg, uxoratum, assertum doctorem. Quocirca vobis omnibus et singulis harum serie in virtute sancte obedientie et reverencie ac devocationis vestre erga nos et apostolicam sedem instanter iniungimus ac expresse mandamus, ut quam primum casus aliquis tulerit, quem casum a vobis volumus vigilanter observari et oblatum incunctanter captari dictum Gregorium in ulla dominiorum vestrorum parte posse reperiri in eum statim manus mitti faciatis et in firma custodia reclusum ac detentum assueretis, donec nos ipsi de eius capture litteras vobis intimare ⟨faciamus⟩. De qua te apud omnipotentem deum et dominum nostrum Jhesum Christum meritis beatissimorum apostolorum Petri et Pauli nostraque intercessionem et in presenti et in futuro seculo, primum apud universalem vero catholicam ecclesiam, pro cuius honore ac ut prefertur urgente necessitate hoc agitur, et apostolicam sedem omni tempore laudem et gratia minime vulgarem reportabitis. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo, pridie kalendas januarii pontificatus nostri anno tercio.

8 incunctanter: *em.* incontanter. 11 meritis: *em.* meritis.